

The Electronic Manipulus florum  
www.manipulusflorum.com

Ira x  
cum fonte primo

Aliquando ira perturbato animo quasi ex iudicio silentium dicit, ut que se foris per linguam non exprimit, intus deterius ignescit, ut iratus quisque collocutionem suam proximo subtrahat, et nichil dicendo quam sit aduersus dicat.

Gregorius ibidem (libro V. moralium).

Aliquando ira perturbato animo quasi ex iudicio silentium indicit; et quo se foras per linguam non exprimit, intus deterius ignescit ut iratus quisque collocutionem suam proximo subtrahat, et nihil dicendo quam sit auersus dicat.

Gregorius Magnus, *Moralia in Iob*, 5, 45 (CCSL 143, M. Adriaen ed., p.277, ll.58-62).